

non recusant sed expetunt) suppedit-  
tes; ab ipso vero Generoso parente  
pretium justum & usitatum, nec e-  
nim in præsentī fortuna jactantius  
aliquid dicit, tempori tamen & bo-  
na fide numerandum expectes.  
Quanquam verò non dubitat te spe-  
ctatæ virtutis virum facile consen-  
surum, lætaturumque de materia ti-  
bi oblatâ benè de patria tua meren-  
di, dum in exornandis ejus præcipuæ  
nobilitatis juvenibus operam roga-  
ris: voluit tamen hanc voluntatis  
sue significationem hac occasione  
per me præmitti; & ut filiis suis post  
unum fortè mensem sequuturis pa-  
ratum sit hospitium, & ut literis oc-  
casionē proximâ rescriptis tuum et-  
iam consensum quàm maturrimè te-  
steris, animosq; parentum incolu-  
mitatis suorum prosperitatisq; stu-  
diosissimorum primo quoque tem-  
pore.